

(3) *Item.* Se lesdis reformateurs & complaignans cheoient en fais contraires, & ledit complaignant soit miserable personne, l'en convenra à un preudomme Bourgeois, ou autre du pays, pour en favoir la verité. Et sera fait au mains de despens que l'en pourra.

(4) *Item.* Se li dit complaignant sont riche, le procès se fera à leurs despens, sans ce que li Roys y mette riens du sien. Et se obligeront de paier tous les despens, & de paier une grosse amende, laquelle leur sera imposée, ou cas que il decherront de leur complainte. Et ou cas que il sera trouvé que les dis reformateurs auront fait non deüement ce que fait auront, il seront condempnés à rendre à partie les despens & dommages.

Ista ordinatio fuit facta & ordinata presentibus dominis qui sequuntur, abbate de Fescamp, Domino de Bellomonte, Domino Cancellario, Abbate de sancto Dionisio, Comite Boloniensi, Episcopo Carnotensi, Andrea de Florentia, Domino de Credonio, Roberto Bertrandi Marescallo Francie, Domino Bellijoci, Hugone Geraldi, J. de Castellart, R. Chaillo, P. de Villa-Brema, Vidone Baudeti, Reimbaudo de Rechinc-voisin, Nicolao Albi, Raymundo Saqueti, Andrea Porcherii, Guillelmo Morelli, Martino de Effartis, G. Courteheuse, Petro de Angueriis.

En marge il y a, *Hæc ordinatio registrata est, inser arresta anni 1327.*



Pieces nouvellement recouvrées.

PHILIPPES III. DIT LE HARDY.

PHILIPPE III.
dit le Hardy,
à Paris 1275:
au mois de
Decembre.

(a) Ordonance touchant les Monoies.

PHILIPPUS Dei gratiâ Francorum Rex Senescallo Carcaffone, Salutem. *Mittimus vobis ordinationem nostrarum monetarum, que talis est. Volumus quod vos per vos, & prepositos, & per servientes, & alios qui debent & possunt esse ad hoc idonei, faciatis custodiri, quod aliene monete non currant in terrâ nostrâ, nisi nostre proprie que consueverunt ibi currere. Et quod nullus vendat, vel emat, nec mercatum faciat, nisi ad illam monetam. Et transactis duobus mensibus, postquam presens ordinatio erit publicata, quicumque inventus fuerit accipiendo, vel mittendo aliam monetam, vel quicumque inde convictus fuerit, per directam probationem, vel per inquestam, vel per duos, sive plures testes idoneos, persolvat pro emenda, duodecim denarios pro libra. Et si quis homo dives inventus fuerit consuevisse facere contra presentem ordinationem, volumus ipsum compelli, per captionem sui corporis, & per majorem emendam. Et in qualibet villa vocentur duo vel tres probi homines, qui habeant custodiam emendarum, & qualiter prepositi & servientes circa hoc se habebunt, & quod illi injuste non gravent gentes. Nulle monete debent accipi in regno, ubi non est propria moneta, nisi nostre, & in locis ubi est propria moneta, potest & debet currere nostra moneta secundum suum valorem, nec ressutabuntur Parisiensis & turonen. liceo*

NOTES.

(a) Cette Ordonance est au troisième *Thalamus* des archives de la maison de Ville de Narbonne.

Tome I.

YYYYyyyyy

PHILIPPE III. dit le Hardy, à Paris le 27^s au mois de Decembre.

sunt pelati, dum tamen habeant cognitionem versus crucem, vel versus pilam, quod sint parisienses, vel tironenses, & quod non deficiat pecia. Volumus quod tales monete recipiantur ad nostros reditus, quas vobis precipimus recipi, nec aliquis de toto regno vestro audeat contrafacere monetam nostram, nec aliquis Baro monetam alterius Baronis, illorum scilicet Baronum qui habent monetas. Nec debent currere aliqua monete nisi sue quas ipsi tenent a nobis, vel nostre proprie. Et in terra illorum qui non habent monetam, non debet currere aliqua moneta nisi nostra propria, vel ille monete que per magnam antiquitatem, & de eorum jure consueverunt ibi currere. Et mandamus & descendimus, sub pena corporis & averi, omnibus illis qui faciunt & qui non faciunt monetas, quod ipsi non fundant nec fundi faciant, aliquas de nostris monetis, seu de monetis Baronum nostrorum, nec emant billonem illarum monetarum, dum stabunt in suo recto cursu, nec erunt abatute.

Item. Quod nullus eas trabuchet. Et quicumque inventus fuerit portans billonem monetarum regni non abaturarum, amittet ipsum billonem, & corpus ejus erit in terra nostra misericordie nostre, & in terra aliorum justiciariorum nostrorum ipse billonus erit dominorum illorum locorum ubi inventus fuerit, & corpus ejus erit ad misericordiam ipsorum dominorum.

Item. Mandamus quod aliqui Barones non diminuunt monetam, quam facere inceperint, de pondere vel de Lege, nisi faciat apertam differentiam versus crucem, vel versus pilam, que possit cognosci ab omnibus gentibus. Et quicumque deinceps fecerit contra, amittat monetam. Et quod monete que fuerint diminute non facta ibi differentia aperta, volumus quod cadant, & sint abatute.

Item. Volumus quod in omnibus villis, ubi argentarii operabuntur de argento, quod operentur de argento affinato de Calis *, scilicet quemadmodum operatur apud Tur. Et quod quelibet villa habeat signum suum proprium, & quod nullus faciat signum alterius, & quicumque contra hoc fecerit amittet argentum.

Item. Mandamus & precipimus, quod faciatis teneri istam ordinationem, & sciri magis communiter quam poteritis, & faciatis haberi transcriptum totius ordinationis omnibus Baronibus vestre Senescallie, & illis qui habent justitias in terris suis, & mandetis eis ex parte nostra, quod istam ordinationem faciant observari, & puniatis & faciatis puniri eos qui erunt in defectu, & ad hoc tenendum & servandum eos constringatis per corporum & rerum suarum captionem. Datum apud Parisius, anno Incarnationis Domini, millesimo ducentesimo sexagesimo decimo quinto mense Decembri.

PHILIPPE V. dit le Long, à Crecy, le 16. Août 1321.

PHILIPPE V. DIT LE LONG.

(a) Lettres par lesquelles le Roy fait main-levée des saisies, qu'il avoit fait faire des biens des leproseries.

PHILIPPUS Dei gratia Francorum & Navarra Rex Ballivo Bitur. vel ejus locum tenenti, ceterisque justitiariis nostris. Salutem. Cum propter detestabile flagitium, & crimen horrendum, quod leprosi Regni nostri & aliunde, contra Catholicos universos fuerant machinati, ut eos morti traderent, potionibus & venenis, quas in puteis, fontibus, aquis & locis aliis ponebant, conceptam hujusmodi nequitiam molientes explere, nisi circa id, suis cultoribus providisset Christi benignitas, cujus clementia miserante, tanta revelata fuit iniquitas, & per plurium confessiones, & facti evidentiam

NOTES.

(a) Ces Lettres sont tirées des preuves manuscrites de l'histoire des trois fils de Philippe le Bel, qui sont en la Bibliothèque de Mons.^{sr} le Chancelier.